



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 54. Bulla contra Græcos Sacræ Sedi subjectos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

Secul. XVI cima octava Januarii declarabat Ponti-
A.C. 1564. sex, quod Abbates, Prælati, ac Cano-
nici Regulares superpelicium, ut vo-
cant, indui in supplicationibus, omni-
busque aliis solemnitatibus publicis, ac
particularibus præcederent, eosque Be-
neditini sequerentur, in aliis autem
occasionebus, veluti in Conciliis, aliis
que congressibus, ubi utriusque Ordi-
nis Abbates suffragandi jure fruuntur,
præcedendi, ac suffragia ferendi jus eis
competat, juxta suæ inaugurationis
seu ad Abbatias electionis factæ anti-
quitatem.

§. LIV.

Bulla contra Græcos Sacræ Sedi subjectos.

*Clacon. l.c.
Bull. veter.
edit. Const.
74. :*

Die decima octava Februarii Pontifex
 diploma edidit circa Græcos, qui
 in Sicilia citra, & ultra Pharum Messi-
 nensem, aliisque in civitatibus degebant,
 hi enim numero sat frequentes indul-
 gente sacra Sede Ecclesiæ Græcæ mo-
 res, ritusque sub proprio Nationis suæ
 Episcopo observabant: cum vero in plu-
 res perniciosos errores prolaberentur,
 imo etiam Purgatorium, Romani Pon-
 tificis auctoritatem, indulgentiarum ab
 ipso concessarum, & censoriarum lata-
 rum valorem, Sanctissimæ Virginis, A-
 postolorum, aliorumque Sanctorum fe-

stivi-

stivitatum observationem negarent, San- Sæcul. XVI.
 tissimum Evcharistiae Sacramentum A.C. 1564.
 suis infantibus in Baptismo exhiberent,
 cadavera defunctorum superstitione qua-
 dam impia e sepulcris eruentes igne
 comburerent, Ordinariorum visitatio-
 nes, jurisdictionemque detrectarent, at-
 que his, aliisque sacrilegis opinionibus
 latinos inficerent, hinc Pius ejusmodi
 scandalis providere studens, Constitu-
 tionem edidit, in qua omnes illorum
 exemptiones respectu Ordinariorum re-
 „vocans, cunctos tam laicos, quam cu-
 „juscunque generis, aut dignitatis Ec-
 „clesiasticos, & Monachos Ordinariis
 „latinis subjecit in omnibus, quæ Dei
 „cultum, Sacmentorum administra-
 „tionem, animarum curam, hærefsum-
 „que extirpationem concernerent, re-
 „liquis ipsorum Græcorum in divinis
 „celebrandis, aliisque ritibus a Sede
 „Apostolica approbatis, intactis rema-
 „nentibus.

§. LV.

Regis Lusitani epistola ad Papam circa Synodi confirmationem.

Editis hisce decretis summus Pontifex *Pallav. c. 9.*
 totus in eo erat, ut Concilii Tridentini *n. 19.*
 decreta in variis Regnis, ac di-
 tionebus, ubi Religio Catholica vige-
 bat, reciperentur: inter omnes autem
 Princi-